Morbio 2ª (162)

Clemens Episcopus servus servorum Dei ilecto filio Nostro Joanni Francisco lecto Prenestin Sancte Romane Ecclesie
Cardinali Stuppanio nuncio salutem et Apostolicam benedictionem Romani Pontificis quem Pastor ille Celestis et Episcopus Animarum potestatis plenitudine sibi tradita Ecclesiis pretulit ut sibi sollicitudo requirit ut circa cuiuslibet Ecclesie statum sic vigilanter
excogitet sicque prospiciat diligenter quod per eius providentiam circumspectam nunc per simplicis provisionis officium quandoque vero per Ministerium translationis accommodo prout Personarum locorum et temporum qualitas exigit et
Ecclesiarum ipsarum utilitas persuadet Ecclesiis singulis Pastores accedat idoneus et Rector providus deputetur cui Populum sue cure creditum informet ac Bona Ecclesie sibi commisse non solum gubernet et utiliter
sed etiam multimodis efficiat incrementis Dudum siquidem Provisiones Ecclesiarum omnium tunc vacantium et imposterum vacaturarum Ordini et disponi Nostre reservavimus decernentes extunc irritum et inane si secus super his per quos-
cumque quamvis auctoritate scienter vel ignorantes contingeret attentari Postmodum vero Ecclesia Prenestin Sedi Apostolice immediate subiecta tunc ex eo quod Nos hodie Venerabilem Fratrem Nostrum Fridericum Marcellum Sancte Romane Ecclesie Cardinalem Lantem nunc tunc super Pre-
nestin nunc vero Portuen et Sancte Rufine Episcopum a vinculo quo Ecclesie Prenestin cui tunc preerat tenebatur de Venerabilium Fratrum Nostrorum eiusdem Sancte Romane Ecclesie Cardinalium consilio et Apostolice potestatis plenitudine absolventes illum ad Ecclesias Portuen et Sancte
Rufine invicem perpetuo cancte unitas certo tunc expressa modo Pastoris solatio destitutas de illis consilio Apostolica auctoritate transtulimus preficiendo ipsum eiusdem Ecclesiis Portuen et Sancte Rufine in Episcopum et Pastorem per translationem huiusmodi etiam Pastoris solatio destitutas Nos
ad provisionem eiusdem Ecclesie Prenestin celerem et felicem in qua nullus preter Nos se intromittere potuit sine potest reservatione et decreto obsistentibus supradictis ne illa longe vacationis exponatur incommodis paternis et sollicitis studiis intendentes post de-
liberationem quam de preficiendo eiusdem Ecclesie Prenestin Personam utilem ac etiam fructuosam cum eiusdem fratribus Nostris habuimus diligentem Demum ad te consideratis grandium virtutum meritis quibus Personam tuam illarum largitos Altissimus
insignivit et attendendes quod tu qui Ecclesie Sancti Martini in Montibus que titulus Presbiteri Cardinalis exit laudabiliter prefuisti eamdem Ecclesiam Prenestin quam de Ordine Presbiterali ad Ordinem Episcopalem transeundo de more optasti scies voles et pote-
ris auctore Domino salubriter regere et feliciter gubernare direximus oculos Nostre mentis Intendentes igitur tam eiusdem Ecclesie Prenestin quam eius Gregi Domino salubriter providere te eiusdem Ecclesie Prenestin in Episcopum prefecimus et
Pastorem curam regimen et administrationem dicte Ecclesie Prenestin tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo ac ipsam Ecclesiam Sancti Martini in Montibus per provisionem et prefectionem huiusmodi vacare decernendo
firma spe fiduciaque conceptis quod dextera Domini tibi assistente propitia ipsa Ecclesia Prenestin per tue circumspectionis industriam et studium fructuosum regetur utiliter et prospere dirigetur ac grata in eiusdem
spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa Quocirca circumspectioni tue per Apostolica scripta mandamus quatenus curam regimen et administrationem ipsam sic exercere studeas sollicite fideliter et prudenter
quod Ecclesia ipsa Prenestin Gubernatori provido et fructuoso Administratori gaudeat se cognovisse tuque preter eterne retributionis premium Nostram et dicte Sedis Benedictionem et gratiam exinde uberius consequi merearis
Nec non dilectis filiis Capitulo et Vassallis dicte Ecclesie Prenestin ac Clero et Populo Civitatis et Diocesis Prenestin ut Capitulum tibi tamquam Patri et Pastori Animarum suarum huiusmodi intendentes exhibeant tibi obedientiam et reverentiam debitas et devotas
ac Clerus te pro Nostra et dicte Sedis reverentia benigne recipientes et honorifice pertractantes tua salubria monita et mandata suscipiant humiliter et efficaciter adimplere procurent Populus vero te tamquam Patrem et Pastorem Animarum
suarum devote suscipientes et debita honorificentia prosequentes tuis monitis et mandatis salubribus humiliter intendant ita quod tu in eis devotionis filios et ipsi in te per consequens Patrem benevolum invenisse gaudeatis Vassalli autem
pro te debito honore prosequen tibi fidelitatem solitam nec non consueta servitia et iura tibi abeis debita integre exhibere studeant alioquin sentiam sine penam rite tuleris seu statueris in Rebelles ratam habebimus et faciemus auctore
Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari Nos enim tecum ut statum tuum iuxta Cardinalatus sublimitatem et splendorem decentius tenere et expensarum onera que te ingredi necessitate subire oportet facilius perferre
valeas Motu proprio non ad tuam vel alterius pro te Nobis super hoc oblate petitionis instantiam sedex Nostra mera liberalitate ut etiam postquam in vim provisionis et prefectionis huiusmodi pacificam possessionem seu quasi regiminis et administrationis
ipsius Ecclesie Prenestin ac illius bonorum seu maioris partis eorum assequutus fueris Unacum dicta Ecclesia Prenestin quamdiu illi prefueris omnia et singula Loca Montium tam vacabilium quam non vacabilium et Romane Curie Offi-
cia et quascumque Ecclesias Cathedrales et Metropolitanas ac omnia et singula Monasteria et Consistorialia aliaque Beneficia Ecclesiastica cum Cura et sine Cura secularia et quorumvis Ordinum et Militiarum atque Hospitalium etiam Sancti Joannis
Hierosolymitani et Sancti Antonii de Sancto Antonio Viennensis Relaria quomodolibet nuncupata et qualificata que ex quibusvis concessionibus et dispensationibus Apostolicis in titulum Commendam administrationem aut
alias quomodolibet obtinens ac in quibus et adque Jus tibi quomodolibet competit quecumque quotcumque et qualiacumque sint vel fuerint etiam si secularia Canonicatus et Preben dignitates et maiores et
Principales Personatus administrationes et Officia Relaria vero Beneficia huiusmodi Prioratus et Conventuales Prepositurae et Consistoriales admissiones et Officia et Claustralia et tam Relaria quam Secularia Beneficia
huiusmodi de Juris Patronatus Laicorum Nobilium et Illustrium ac Communitatum Ducum Marchionum Baronum Regum Reginarum et aliorum Principum et illorum ac Clericorum mixti ex fundatione vel dotatione
ac inter te et quoscumque alios etiam Sancte Romane Ecclesie Cardinales in Romana Curia vel extra eam etiam litigiosa exeant et ad Prioratus Personatus Prepositurae Praeceptorias Dignitates admissiones et Officia
huiusmodi consueverit quis per electionem assumi eisque Cura et Jurisdictionalis immineat Animarum ac de Monasteriis ipsis consistorialiter disponi consueverit sed debeat ut prius quoadris retinere ac Jus tibi in
illis vel ad illa quomodolibet competens prosequi et non deductum deducere ac denique Beneficia litigiosa huiusmodi si illa evincas consequi atque etiam retinere nec non etiam de bonis et rebus tuis quibuscumque quoad te
hactenus pervenerunt et imposterum pervenient et pervenire poterunt testandi et disponendi ac etiam ab intestato illa transmittendi ac Beneficia Ecclesiastica conferendi fructus redditus et proventus ac Pen-
siones transferendi aliisque facultatibus concessionibus gratiis dispensationibus et indultis tibi quomodolibet concessis uti ac quoscumque fructus redditus et proventus Ecclesiasticos et loco Pensionum annua-
rum ac quascumque Pensiones annuas super similium vel quarumcumque Ecclesiarum etiam Cathedralium et Metropolitanarum ac Mensarum Abbatialium et aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum
fructus redditibus et proventibus ac distributionibus quotannis et sotis Putibus interessentibus ac deservientibus debitis et solvi solitis Apostolica auctoritate ipsa tibi reservatas et assignatas percipere ac
in tuos usus et utilitatem convertere quorum et quarum quantitates Ecclesiarumque et Beneficiorum huiusmodi qualitates innovationes denominationes situationes annexiones dioceses ordines dependen-
tias illorumque fructuum redditum et proventuum secundum communem estimationem seu Librorum Camere Apostolice taxationem veros annuos valores tam coniunctim quam separatim aliaque
necessaria Presentibus haberi volumus pro expressis libere et licite valeas Nostra per quam dudum interalia volumus verum annuum valorem Beneficiorum obtentorum per promo-
tos ad Ecclesiarum regimina in Curia retentionis et dispensationis illorum exprimi debere aliquin ille nulle sint ac recolende memorie Julii Secundi Leonis Decimi et Julii Tertii et forsan
aliorum Romanorum Pontificum Predecessorum Nostrorum in quibus cavetur expresse quod dispensationes super Beneficiis per promotos ad Ecclesiarum regimina retinendi non valeant
nec suffragentur nisi Sancte Apostolice super omnibus simul expediantur et generalis Concilii aliisque Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis nec non Prenestin ipsius aliarumque Ecclesiarum
in quibus Beneficia Secularia et Monasteriorum Militiarum et Hospitalium seu aliorum Regularium locorum in quibus regularia Beneficia huiusmodi forsan fuerint et a quibus Bene-
ficia huiusmodi forsan dependent ac ordinum quorum illa existunt etiam Juramento confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus ceterisque contrariis quibuscumque
que nequaquam obstantibus dicta Apostolica auctoritate tenore Presentium de specialis dono gratie dispensamus decernentes Prefata Ecclesias Monasteria et Beneficia ipsa non vacare commendas admi-
nistrationes et Jura non cessare nec non transferendi conferendi testandi et alienandi aliasque facultates concessiones dispensationes gratias et indulta nec non fructuum redditum et pro-
ventuum ac Pensionum huiusmodi reservationes et facultates huiusmodi non expirare nec extinctas esse irritum quoque et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignorantes contigerit
attentari volumus autem quod in Monasteriis et Prioratibus huiusmodi divinus Cultus ac solitus Monachorum et Ministrorum numerus nullatenus minuatur ac Beneficia huiusmodi
debitis Prefata non fraudentur obsequiis et Animarum Cura si que illis immineat nullatenus negligatur sed illorum ac Conventuum Monasteriorum et Prioratuum Ecclesiarum Prioratuum et Prioratuum Ecclesiarum Prioratuum
onera consueta volumus etiam quod tu Ecclesiam Prenestin ipsam illinsque diocesim ad normam Concilii Tridentini quotannis visitare tenearis et insuper decorum pie memorie Urbani
Pape Octavi similiter Predecessoris Nostri circa Visitationem Sacrorum Liminum renovamus Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem Anno Incarnationis Dominice
Millesimo septingentesimo sexagesimo tertio Quintodecimo Kal Augusti Pontificatus Nostri Anno Sexto

Visa
A. Malocardi
J. Zarconi

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-188021136X-17/fragment/page=0001

1763 Juli 18

Morbio 27 (162)

Morbio 27 (162)